VOCABULARIUM
TRILINGUE ET E-LINGUE
PRO
SCRIPTORIBUS DOMINICANIS,

Continens Dicteria, Scommata, Improperia, Convicia, Opprobria, &c. quibus per totum terrarum Orbem, semper & omnibus modis exprobrarunt injuriosè, objurgarunt immodestè, ac irreligiosè insurrexerunt, scribentes non digito, sed ungue; nec loquentes linguâ oris, sed ossis, contra Defensores mysterii Immaculatæ Conceptionis Sacratissimæ Dei Matris MARIÆ.

HUC USQUE

Damnatum in omnibus mundi partibus: in Italia à Summo Pontifice Sixto IV. & alijs; in Germania à S.R.E. Cardinali Marco Prænestino, &c. in Hispania à judicibus delegatis à Iulio II. & supremo S. Inquisitionis Tribunali; in Gallia ab alma Universitate Parisiensi, & Tolosanâ cum suo Archiepiscopo D. Carolo de Monschalt; reprobatum tandem in Belgio à duobus eximiis Censoribus Lovaniensibus; repulsum à DD. Vicariis Generalibus Leodiensi & Antuerpiensi; denique à duodecim Theologis Coloniensibus contemptum.

NUNC VERO

Approbatum à magno Censore Ignatio Gillemans, Canonico & Pœnitentiario Cathedralis Ecclesiæ Gandavi, librorum Revisore, die ultimâ Anni 1663. & impressum ibidem, licèt falsò, apud Maximilianum Graet, ad signum Angeli, anno 1664.

Quoniam zelus domûs tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me. *Psal.* 68. *vers.* 12.

Cum omnibus Approbationibus necessariis. Die 2. Februarij, Anno 1664.

AD LECTOREM.

Res difficilis satis est componere litigantium animos; unaquæq; enim pars existimat habere pro se cum iure actionem & cum veritate iustitiam: ideo necesse est constituere tertium, qui ut iudex proferat sententiam. A quadringentis annis & ampliùs inter Patres Prædicatores & Minores exarsit controversia de Conceptione Virginis MARIÆ; præcipuè istis novissimis temporibus occasione Decreti seu Constitutionis Sanctissimi D.N. Alexandri VII. *qui sicut unicum est caput Ecclesiæ, ita solus esse potest promulgator ultimæ definitionis, de qua modò nihil agitur. Sed cùm in qualibet lite sit res de qua controvertitur, & pariter verba interposita in processu seu actis, pro istis necesse est constituere iudicem.*

Fratres Minores, & cum ipsis defendentes Immaculatum Dei Matris Conceptum, à principio controversiæ ita religiose, modeste, caute ac prudenter loquuti fuerunt, ut indicant ipsorum Tractatus, Opuscula ac Libri iam fere omnes typis mandati: ut videre est apud præcipuos Minoritici instituti Auctores: Petrum Aureolum, Franciscum Mayronium, Petrum Thomam, Petrum de Candia, *posteà* Alexandrum V. Ioannem Vitalem, Ludovicum à Turri de Verona, Antonium Cucharum Episcopum Azernensem, Ludovicum Carvajalium, Raymundum Eremitam *& alios; & hoc idem dicimus de cæterarum Religionum ac Sæcularibus Auctoribus,* Ioanne de Segovia *Canonico Toletano,* Petro Montio, Paulo de Eredia, Dominico Bolano, Bonrromæo, Iudoco Chlictoveo: *ex Augustinianis,* Hermanno de Schildis, Ioanne de Meppis & Theodorico de Huric; *ex Benedictinis,* Carolo Fernando & Anonymo Cronodomo: *ex Carmelitanis* Francisco Martini, *ex Cœlestinis* Dionysio Fabri, Claudio Rapinas; *ex Trinitariis* Roberto Gaguino, *ex Carthusianis* Henrico de Hassia: *in quibus nec unum indecens, & rarissime asperum reperietur verbum.*

Cernentes ergo Patres Ordinis Prædicatorum, omnium manus esse conversas contra ipsos, & quòd Defensores Mariani utebantur Thesauro verborum proportionato suæ piæ sententiæ ex terminis piis, puris, immaculatis, mundis, candidis

didis atque nitidis, &c. *ut in omnibus dissentirent, sicut in re ita in voce, & sua opinio* in peccato originali, macula, culpa, immunditia, ac spurcitia concepta, &c. *haberet terminos sine termino, interminabiles & exterminabiles, quibus uteretur & suum explicaret conceptum; fecerunt hoc Vocabularium Dominicanum.*

Fr. Pius Marianus à Conceptione, Minorita.

IN ITALIA.

R*Everendus P. Fr. Raphael de Pornasio Ordinis Prædicatorum, & Inquisitor Ianuensis edidit duos Tractatus contra Conceptionem, anno 1457. primi initium est:* Incipit Tractatus de prærogativis Domini nostri Jesu Christi, &c. *& in hoc vocat Defensores piæ sententiæ,* insidiatores, vulgares infamatores. *Secundus autem Tractatus est contra Concilium Provinciale Avinionense, ubi fuerunt duo legati Apostolici Cardinales, & duodecim Episcopi; & titulus est:* Ad Avinionensem Præsulem, & ejus Clerum, de Conceptione, &c. *& in hoc, quia Patres illius Concilii decreverunt, diem Conceptionis esse festivandum, dicit:* ô nefas, ô scelus, ô temeritas inaudita! usurpatores sinè Consilio officii sedis Apostolicæ: & illo suo decreto jam in Ecclesia nihil esse solidum, nihil stabile, nihil certum, & omnia fidei fundamenta fecisse nutantia & tremebunda, ac lethale vulnus inflixisse ossibus Ecclesiæ, Scripturæ sacræ, & doctrinæ Sanctorum Patrum. *Et iterum infra:* ô nephas, ô scelus, ô temeritas! illius reprobare doctrinam, quam Dei sapientia comprobavit.

Anonymus Dominicanus, qui scripsit *anno 1475. in Lombardia, in suo libro contra Conceptionem, ad Comitem Petrum de Gambara: & P. Vincentius Bandellus, qui fuit Generalis Ordinis Prædicatorum, in suo libro ad Erculem Estensem Ducem Ferrariæ, impres. anno. 1481. F. Petrus de Vincentia in suo libello contra Conceptionem in 4. sinè anno impressionis, & reimpress. Tolosæ in Gallia, anno 1649. qui fuit damnatus ab Vniversitate & Archiepiscopo Carolo de Monschalt; P. Bartholomæus de Spina Magister sacri Palatii, in suo Opusculo* De universali Corruptione generis humani, *impress. Venetiis, anno 1533. Et in Opusculo contra Cajetanum, P. Albertus Duimius de Cataro in libro impress. Romæ anno 1536. in 4. cum aliis scripserunt in Italia, quorum nomina, libri & impressiones non possunt referri in hac brevi charta; sequentibus titulis insurrexerunt contra Defensores Virgineæ puritatis, vocando illos,* Adversarios veritatis, Audaces, Adducentes perversas allegationes, Armatos mendaciis ac falsitatibus. Æmulos ipsorum, Abominabiles amicos diaboli, Anathematizatos. Bestiarum more stridentes. Calumniatores, Cæcos, Cæcorum duces, Corruptores Scripturarum. Canes rapacissimos, Convertentes se ad fabulas. Contemptores Divini verbi & Fidei Christianæ. Dolosos, Dilaceratores, Diffamatores, Delirantes, quorum Doctrina nulla habet pro se testimonia Scripturarum, aut Sanctorum Patrum: Depravatores sententiarum, Detractores, atque Defensores hæresis Pelagii. Excalceatos; Extorquentes Doctorum dicta contra ipsorum intentionem. Falsificatores Librorum, Fatuos, Fabricatores mendaciorum, & Fautores prætensæ pietatis. Garrientes, Gehennæ filios. Hæreticos, Honorantes Virginem dehonorando Christum. Indoctos, Indevotos,

Immundos,

Immundos, imò Immundissimos, Irreverentes, Improbos, Insanos, Imperitos, Inverecundos, Invidos, Immersos damnationis barathro, Impugnatores sacrarum Scripturarum, Inhonorantes B. Virginem MARIAM inepto fictoque honore, Involutos ignorantiæ tenebris, Infideles, Ignorantes, Immodestos. Loquentes in angulis, solùm coram mulierculis, pueris, labariis, sutoribus, talaribus. Laceratores SS. Patrum, Laqueos diaboli, Luthero similes, Librorum corruptores ac falsificatores, &c. Mendaces, & Mendaciorum fautores, Mordaces, Malignos, Malitiosos, Miseros atque Miserrimos. Novitatum Amatores & Inventores, Nequissimos, Nefandissimos. Obtenebratos, Obcæcatos. Plebeos, Perversos, Pessimos, Pertinaces, Perniciosos, Prophanos: Peccatores, quia docent Virginem fuisse conceptam sine peccato originali. Quærentes lac & lanam, dum prædicant ipsam fuisse à peccato originali & macula immunem. Quinquagies octies errantes in Fide ex sua falsa conclusione. Rodentes dente canino servos Dei, &c. Sceleratos; imò Sceleratissimos, Scorpiones, Scandalosos, Scindentes unitatem Matris Ecclesiæ. Seminatores errorum in Ecclesia. Theologiæ parùm, vel nihil habentes. Turpes. Vitiosos, Vulgares, Venenatos linguâ ut scorpiones, Vento plenos, Vacuos scientiâ, Ululantes rabido ore, Vociferatores.

Reverendissimus P. F. *Thomas Turcus sacræ Theologiæ Magister & Generalis Ordinis Prædicatorum quinquagesimus, in Opusculo sanctissimæ Deiparæ Virginis* MARIÆ, *quod incipit*: Felici sidere, admirabilique Dei consilio, &c. SS.D.N. Innocentio X. & S.R.E. Cardinalibus in Congregatione generalis Inquisitionis exhibitum; *hæc habet contra Immaculatam Virginis Conceptionem Defendentes.* Blaterantium linguæ domitæ, scripturientium calami temperati Dœmonicis artibus. Renovatæ simultates. Oblatrantes. In luce cæcutientes non possint tenebras cavillationum, ne ipsâ luce perstringantur: offendere contendunt. Cavillantur primò. Ineptos. Extortis violentisque interpretationibus. Frivola & futilia quæ blaterant. Cavillantur secundò. Pueros. Indigna responsio viro Catholico: quæ etiam in ore ferulentissimi hæretici sordesceret. Ignotum, inauditum sacrilegium. Sileat ergo temeraria vox, non ratione confutanda, sed ferulâ coërcenda. Lascivientes calami temperari, sermo luxuriosus frænari. Ad necessitatem blasphemiæ aut Schismatis populus advocatur. Ad captandam populorum auram, ad vanam gloriam aucupandam. Subdolâ mente. Difficultatem ignorantes, neque intelligentes quæ loquuntur, aut de quibus affirmant. Simplicium animos indiscretæ devotionis obtentu, &c. Tumultuantes, dissentientes. Temeraria audacia, effrænis petulantia, insana libido evulgandi nova, ad captandam populorum auram. An non sedanda ista lues quæ fideles inficiebat? Opus certè erat fræno, igne antidoto. Insatiabilis libido. Armati Principum precibus, Ecclesiæ pacem turbando, vociferantur. Humanâ arte à Gregorio XV. fuerat stabilitum. Verùm, cui tantùm torpescit animus, lippiunt oculi; ut non videat subdolas & inveteratas artes, quibus mundum deludere sibi persuadent. Ad tenebrosa consilia se recipiunt. Impudens cavillatio. Ad populorum simplicitatem; scandalorum copiam. Inundantium malorum cataractæ, ardentium rixarum seminaria. Inconsutilem Christi tunicam scindentes. Ingenuèque dicam, propositionem illam puram, non ex penu Catholico, sed ex officina Machiavellistica prodire. Audis sacrilegam & impiam Sententiam, mille ignibus, mille crucibus expiandam: quæ litium seminarium est, invidiæ stimulus, mendaciorum fons, æmulationis sedes, & Ecclesiæ turbationum illex & mater. Ad captandam populorum auram. Quorum Deus venter est, & gula triumphans. Cùm rationum pondere obrui se sentiunt: Doctorum numero se defendere contendunt. *De sententia pia* quasi de aris & focis palàm pugnare glorientur. Ridemus verba quæ aërem verberant. Hæc Patrum antiquorum sen-

tentia

125

tentia tot pugnationum ſtudiis exagitata, tot arietibus impetita, tanto ardore impugnata, inexpugnabilis ſemper extiterit, inſtar palmæ ſuperior evaſerit; omniumque conatus, qui miris modis eam vel opprimere vel evertere curarunt, eluſerit: etenim quot ſubdola pietatis deliramenta conficta? Quot revelationum fabulæ contextæ? Quot monimenta è ruderibus antiquitatis ſeminata? Quot Patrum, Doctorum Scholaſticorum loca depravata ad decipiendos ſimplices, ad faſcinandas mulierculas, ad plebem dementandam? & tamen illa omnia horrentibus & ſtupentibus adverſariis in fumum abierunt: & ipſa litibus ſuperatis, è voraginibus emergens, in Dominicanam familiam ſe recepit, ubi ſecura conquieſcit (*nempe opinio de Sanctificatione Virginis, & contractionis peccati originalis*) omnes ridet & contemnit, &c. De probabilitate canonizata: ſi de palma non exultat, de pugna tamen feliciter triumphat. Aërea moles ſuâ fucata majeſtate oculos ſciolorum rapit, in fumum evaneſcit. Ventoſaque & ampullosa illa epitheta eſſe, quòd illa canonizata, quòd ſit proximè diffinibilis. Cùm Adverſarii percuſſi jaceant, in omne latus tamen ſe vertunt. Lepidam fabulam attexuerunt ad dementandos ſimplices. Omnes indulgentias (*nempe Conceptionis*) Officium illud recitantibus conceſſas, eodem in cœno hærere. Miſerè corruunt frigidâ & puerili argutiolâ ludentes. *Loquendo de revelationibus factis pro hoc myſterio, ait*: Stultum eſt, credere mulierculariam ſomniis: illuſiones dœmonum, aut proprii capitis fantaſiationes. *Dicit etiam ſugillando miracula & Bullas ſummorum Pontificum*: Nec nos ad apocryphas Apoſtolorum diffinitiones, ad confictas revelationes, ad ſomniata miracula, ad Bullas adulteratas recurrimus. *Et de Oraculo Pij V. ut Fratres Minores recitare poſſent Officium Conceptionis, dicit,* fuiſſe introductum per fraudulentam & prophanam manum, per ſummam audaciam adjectum, eſſeque falſitatem & impoſturam. *Hæc & alia plura habet. R.ſſ.P. Generalis, qui ſcribebat anno 1649. ut offerret Summo Pontifici.*

R.ſſ.P. Raymundus Cappiſzuci, Magiſter ſacri Palatii, in libello dicto, Apologia pro ſacra Congregatione Indicis, ejuſque Secretario ac Dominicanis, contra Petrum de Valle Clauſa, & libellum famoſum inſcriptum, de Immunitate Actorum Cyriacorum à cenſura: *inter alia innumerabilia ſcommata ſic dicebat* Pag. 233. *Dicitur* Alva ſtultè negare encomia D. Thomæ tributa. 331. Non audiendus, *inquit*, Alva mendaciſſimus, aliis mendacia imponens, & ineptis ratiociniis arguens. 345. Hujus inſaniæ conſors eſt Petrus de Alva, qui in ſuo Nodo Indiſſolubili dicit, Omnia Opera D. Thom. eidem falsò à Dominicanis attribui, ſed hoc eſt ſenſum negare. 358. *Vocat* Gregarium, & à pagina 359. ad paginam 369. recenſet abſurditates & ineptias contentas in lib. Alvæ, qui inſcribitur: Naturæ prodigium, gratiæ portentum. Pag. 369. Alva, *inquit*, Theophili exemplum & malignitatem imitatus, occaſione Conceptionis, duos edidit libros contra Dominicanos & S. Thomam; in utroque craſsè, adipaliter & adipalibus rationibus diſcurrit: Primi, in quem ineptias & falſitates congeſſit, &c. adeò craſſæ & frequentes ſunt: ibi negat & affirmat quidquid illi arriſerit. Falsò dicit, fictum eſſe opus Dominici de Monte Luporum, hic locus eſt in Hetruria; item Gerardi ſeu Georgii Antivarenſis, hæc civitas eſt in Dalmatia. 371. Miror P. Alva eſſe adeo animatum contra Franciſcum Arauxo. Ludit cum ibidem pro D. Raymundo, negatque textum S. Thomæ, part. 3. q. 27. art. 2. fuiſſe falſatum. 373. *Dicit*, eum habere phantaſiam læſam. 374. Item, diſcurſum non valere, & ineptum dictu videri, quodlibeta D. Thomæ non eſſe. 375. Ex eo quòd dixiſſet P. Alva, D. Thom. quodl. 6. q. 5. intelligendum eſſe de peccatis in generatione carnali commiſſis, *vocat* eum ridiculum, debili ratione præditum, ſtolidum, impium. Totus liber (*inquit*) Nodi Indiſſolubilis, ineptiis ſcatet, ſpongiâ indiget, nihil in eo ſolidum, nihil rationabile; Alvæ Nodi non nodant, quia non connectunt: quærit nodum in ſcirpo, quia inimicus eſt; ſtylus diverſus à conſueto, nec

ſtylus, nec opus eſt Alvæ; ſed aliorum deponentium veſtimenta, ut lapident D.Thomam. 376. Titulus libri ejus adipalis; prætextu Conceptionis, Alva conatur deſtruere Dominicanos, hoſtiliter aggreditur S.Thomam, ut ulciſcatur, &c. ob damnationem libri, inito fœdere cum Petro à Valle Clauſa, quem laudat; habet aliqua propria, ſed inepta & riſu digna, ut illud de B.Clemen VI. 377. Quod Alva negat in uno libro, hoc ipſum adſtruit in alio: & falſitatis redargui poſſet in iis, quæ dicit de Quodlibetis & de Reſcripto ad Annibaldum. In Nodo omnes laudes S.Thomæ profligat. 379. Quod habet Alva de Catena Aurea, mendacium eſt, contra indubitatam veritatem, ut teſtatur F.Reginaldus D.Thomæ ſocius, & S. Doctor illam contexuit Urbani IV. juſſu; vah, *inquit*, impudentiſſime hominum, qui dicis approbationes doctrinæ D. Thomæ excogitatas fuiſſe, ad opprimendam Conceptionem ſeu maculandam Virginis puritatem, ut Alva obloquitur. 380. Jam reſpondit, *inquit*, Capreolus, ad illos articulos Pariſienſes; liber in quo continentur, prohibitus fuit; ut teſtatur Gravina, duplici fœdâ inurendus auctor; malè dicuntur conficta illa S.Thomæ elogia, eò quòd originalia non repeiriantur. 381. Alioquin eodem nomine, inquit, illa omnia, quæ in Annalibus Franciæ leguntur, falſitatis redargui poſſent: non eſt cenſendum Religioſos hiſtoricos mentitos eſſe. Alva, qui de S.Franciſco tot falſa & erronea encomia ſcripſit, perperam dicit, aliqua D. Thomæ à nobis afficta: multi etiam libri Franciſcanorum non inveniuntur: elogium D. Thomæ à Chriſto dictum deſtruere conatur. 383. In quo impiè (*inquit*) legerit, cùm approbatum ſit tanquam certum & indubitatum; Auctores variant tantùm in accidentibus, non in ſubſtantia; non dixit Pius, *ſicut piè*, ſed, *ſicut pia*, quo dicto veritatem hiſtoriæ approbat; hoc dictum Alvæ temeritate & impietate non caret. Adſtruitur eadem approbatio ex Indulgentiis conceſſis ſacello ejuſdem crucifixi; nec obſtat, hoc non legi in Bulla canonizationis, cùm etiam in Bulla canonizationis S. Franciſci nulla ſtigmatum mentio fiat. 384. Promittit ſe alibi fuſiùs contra P.Alva acturum. 385. Vocat Auctorem fœculentum & ſordidum, quo non indiget ſententia Conceptionis, cui ſuis ineptiis nocumentum affert; hujus homunculi nomen perpetuis tenebris involvi debuiſſet: mihi tamen, *inquit*, hunc homunculum manifeſtare libuit, in majus illius dedecus. 396. Alva plures falcificationes committit, quàm Dominicanis falſiſſimè imponat; continet mendacia & ineptias craſſiſſimas. 540. Alva ſtolidiſſimus Jeſuitarum emiſſarius, in D. Thomam blaſphemus. *Et nullam aliam rationem adducebat in ſuo libello iſte Reverendiſſimus Pater Magiſter Sacri Palatii.*

IN GERMANIA.

P*Ater Georgius de Frickenhauſenn Ordinis Prædicatorum, qui ſcripſit in Germania contra Immaculatam Conceptionem, & in prima Repetitione quæ incipit*: Tota Diſputatio iſtius Domini Doctoris, &c. *Et in Opuſculo cujus titulus eſt*: Repetitio fabuloſæ narrationis, *& incipit*: Cùm his diebus, &c. *Impreſſ. Lypſiæ anno 1489. in 4. dicit contra Defenſores piæ ſententiæ omnia iſta quæ ſequuntur.* Simplices. Adducentes crudas rationes, *quod ſæpè repetit.* Odibiles. Errantes. Hæretici. Reſiſtentes fundatiſſimæ Fidei. Somniatores. Fabulatores & fabuloſi. Calumniatores. Vulpinâ quâdam aſtutiâ ſuas negant falſitates & errores. Peſtiferi. Turpiſſimi dehoneſtatores, *quod repetit ſæpè.* Execrabiliter errantes. Impudentiſſimi. Subverſores luculentiſſimi. Infructuoſi. Incautiſſimi. Confictores fabularum, *quod repetit Frickenhauſenn.* Nam & aliquis eâdem facilitate poſſet confingere, quomodo octo vel novem impudentiſſimi calumniatores Vulpinâ calliditate hirſuti ſub ſanctiſſimo habitu B. Franciſci abſconſi propo

fuerint

ſuerint contra ſingularem puritatem Chriſti in conſpectu ſummi Dei venenoſum dogma. Scabioſi. Subſannatores. Dehoneſtatores. Deriſores. Blaſphemi. Calumnioſè imponentes hæreſim ſacris Doctoribus. Ruinoſam inſtaurationem, quâ execrabiles errores ac Eccleſiæ Fidei impudentiſſimi ſubverſores. Fantaſtici. Confugiunt ad falſa præſidia more calumniantium. Evomatores veneni. Protervi. Vecordes. Linguam ſuam docuit loqui falſum. Inverecundi & inhoneſti. Frontosè loquentes. Adductores errorum & falſitatum. Impatientes. Reflexum animum habentes. Inſolentes proclamatores. Præſumptuoſi. Temerarii.

P. Wigandus Wirt, Ordinis Prædicatorum, ſeu Cauponis, ille qui cum Joanne Thritemio habuit Controverſias varias in materia Conceptionis, in ſuo Dialogo Apologetico, qui incipit: *Meritò nunc thura perſolvo, &c.* Impreſſ. Oppenheim, in 4. dicit contra aliquos Defenſores Immaculatæ puritatis Virginis, ſcommata & opprobria ſequentia: Tituliſtæ. Furentes. Mendaciſſimum *vocat quemdam Minoritam*, Ridiculum & Stultum. *De ſententia præſervationis, ſic inquit:* Nam illorum ſententia, dum unicam turpibus extollunt verbis Virginem, ampliùs eam infamant. Cauſidicus turpiſſimus ac mendaciſſimus, ſed ſua contra eum producam figmenta mendaciiſque & impudentiâ adeo plena, ut nemo illa prudens abque riſu aut legere aut poſſit audire; etenim rationes componit inutiles, frivolas ac ſtultas, exempla ſimpliciter conficta mendaciis, & bis groſſiſſimis atque blaſphemiis ſtolidiſſimis. Quid turpiùs aut impudentiùs dici poteſt? Pudore vacuum: Leviſſimum. Impudentem. Turpiſſimum, Furētē; *& hoc repetit.* Nequiſſimo furore mendacia confingit. Nequiſſimâ confinxit invidiâ. Nequiſſimo furore mendacia confinxit. O furorem cæcũ, ô furorem & nequitiam! Cappa mordax, funis craſſior, & calopedes in truncum formati nunquam Sanctum efficiunt. Pro quibus hîc inſolentia, fictio, contemptus Sanctorum, levitas, ſcandalum, irreverentia, impudentia, turpitudo, regnant. Sacrilegus, Immaniſſimus. Subdolus, Laudator Virginis ſimulatâ devotione. Capitoſus. Quorum doctrina maledictis, blaſphemiis, mendaciis, figmentis, vita verò hypocriſi & ſimulatâ ſanctitate, cum invidia immortali pleniſſima eſt. Maledicus. Stercus, lenies, furens, inſaniens. Ut quid inſanum, & furioſum nominas? *& hoc repetit.* Furiis exagitatus, turpis, inſanus, ſtercus, & oletum; *& ſtatim.* Furioſus, Inſanus, ſtercoribus, luto, blaſphemiis, atque mendacio, &c. ſtercoriſtam, aut lieniſtam, qui ſtercoribus & oleto inter diſputandum pro argumentis uti ſolet, &c. Ipſe ſuam æternæ ignominiæ tradet inſaniam veſanam. Reſpondeatur ſtulto juxta ſtultitiam inſaniamque ſuam. Leves in Theologia, Neophytos, Tepidos. Introducentes ſtercus, & lutum aſſumentes. Malignantes. Nudipedes. Confutatio protervorum. Magnæ temeritatis homo. *Dicit de quodam Minorita*, quòd ſit Scropha. Quantæ temeritatis & præſumptionis ſit iſte Minor: impudentiſſimus capitoſus. Nullâ Scripturarum auctoritate ſuffultum, nullâ doctrinâ ſtructum, ſolâ præſumptione ac intolerabili impudentiâ impulſum. Stultitiam, ſuperbiam, arrogantiam, protervìam, ignorantiam cæcam; & invidiam ſuam demonſtrando, *vocat quendam Defenſorem Virginis*, Imperatorem ridiculum: *infra inquit*: nota, præſumptionem Minoriticam. *Quòd Prælati Ordinis Minorum*, nutriunt veſaniam. Hæc eſt humilitas illius Minoris, ſic ſub mordacis lanæ tunica, & habitu deſpectiſſimo Sanctos deſpicere. Fugit ad obſervantiam, ut impunè viveret; *& poſtquam dixit de uno multa ſcommata, concludit.* Ut ex hujus viri conditionibus, quales ſint alii, quamque pacifici ac Eccleſiæ Romanæ obedientes, facilè intelligas: nam indocti, idiotæ, protervi, clamoſi, furiis acti, coram ruſtica multitudine in tabernis, Lyæo madentes, cum maledictis, cum execratione, cum blaſphemiis in Sanctos, cum conjuratione in Sanctorum ſequaces, determinant quod neſciunt, & more graculorum inanibus perſtrepunt vocibus: nihil enim de peccato,

de

de peccato originali, nihil de Sanctorum dictis aut intelligunt aut intelligere student. Cur Doctoribus illis talia adinvenerint Epitheta; ut unum Seraphicum, alium dicere voluerint Irrefragabilem? *Adducens quamdam auctoritatem contra Immaculatam Conceptionem, inquit:* Suscipe hujus Episcopi benedictionem: quorum nova opinio & phantastica sit à fidelibus cancellata. Novi Theologi fictâ devotione laborant. Certum est enim quòd opinio hodiè vulgarior à tempore Sixti IV. P. M. communiter opinabilis facta est: cùm autem non absque scrupulo & erroris suspicione à Doctoribus quibusdam teneretur nequissimâ & stolidissimâ præsumptione. Non solùm hæreticos, quàm hæresiarchas dici posse. Non derogat honori MARIÆ, quòd sit in peccato concepta. Multitudo furiosorum timenda non est; quia contradicere, *id est, suæ opinioni*, procaci linguâ non verentur. Quæ res monstro similis est, & longè à Christiano pudore alienissima. *Contra Doctorem Sebastianum Brant:* Hic ex cymba stultorum prospiciens, &c. *& vocat illum* simiam & ranam. Imperiti & stolidi. Furiosi, insanientes. Maledicta & mendacia condere non cessant. Ut mendacissimos & degeneres despicimus. Stercus & oletum, lienes, derisibiles, impudentes. Iste denique fuit ille Pater, qui, cùm Francofordiæ *in Ecclesia majori quidam Plebanus prædicasset ad populum aliqua de Immaculata Conceptione*, à Wigando audita, in totius populi contuitu plenissimo boatu reclamavit, dicens: Mentiris, & ut hæreticus hæc ficta exspuisti: *hic aufugit ad Romanam Curiam*, ubi per diffinitivam sententiam coactus fuit abjurare omnia, quæ in suo libro dixerat; quod fecit Romæ primò coram Cardinalibus & aliis, & secundò Francofordiæ in suggestu majoris Ecclesiæ.

IN HISPANIA.

P*ater Nicolaus Eymerici, Ord. Prædicatorum, & Inquisitor Aragonensis, in Tractatu*, Contra calumniantes præeminentiam Christi, &c. *Vocat Defensores piæ sententiæ Immaculatæ Conceptionis*, Calumniatores Christi, Hæreticos, Pharisæos, Scribicelos, imprudentes, imperitos, improbos, perversos, pollutos, nepharios, calumniantes, denigrantes, & quintuplò offuscantes, superbos; *& hoc repetit passim.* Pertinaces, contumaces, induratos, obstinatos, cæcos, mendaces, qui non carneâ, sed cornutâ linguâ intonant, dicentes Virginem fuisse conceptam sinè peccato originali. Blasphemos, impudentes, Hæreticos detestabiles; *quod sæpè repetit.* Præsumptuosos & temerarios: falsa, perversa, & hæreticalia dogmatizantes, inimicos, anathematizatos, pestem reipublicæ; *& alia plura habet iis similia.*

P. *Ioannes de Turrecremata, Ordinis Prædicatorum, scripsit Allegationem latissimam pro Concilio Basileensi, anno 1436. quæ postea fuit typis mandata Romæ, anno 1546. à PP. Bartholomæo de Spina, & Alberto Duimio; in quo libro nonnulla reperiuntur scommata & improperia contra Defensores Immaculatæ Conceptionis, vocando ipsos:* Errantes, Blasphemos, Hæreticos. *Præcipuè in Epistola præliminari multa dicuntur contra Patres Concilii Tridentini, propter Decretum factum pro Immaculata Conceptione: & de sententia pia dicitur*, esse dissonam Evangelio, inventionem nostri infelicis ævi; errorem, spernere salutaria monita & doctrinam; devotionem vanam, ineptè dogmatizare, ut securiùs possent vorare domos viduarum, & seducere corda simplicium, facientes ex pietate quæstum; esse audaciam, & humanæ inventionis tenebras. Immoderatiorem quorumdam audaciam; & dum apud doctos & verè Theologos minoris se æstimationis advertunt, vulgarium debiliumque mentium auram jam diu sepultis novitatibus affectantes, in Tridentina Synodo de hujusmodi Conceptûs immunitate verbum facere verita non est, &c. vulgarium affectata devotio. *Et ad finem libri, Disputatione II. sub hoc titulo;* Errores in Fide hujus falsæ

con-

conclusionis suborti, & per Ecclesiam seminati; *& adducit quinquaginta octo errores contra Fidem subortos, ut ipse dicit, ex hac assertione:* Beata Virgo MARIA fuit concepta sine peccato originali; *& signat ipsos sigillatim, quorum aliqui sunt ridiculi, alii stupidi.*

P.Hyacintus Arpalegus in suo libello Supplici, *Impress. anno 1649. in fol. & P. Prado in suis* Notitiis Veridicis, *Impress. Compluti 1661. in 4. P. Rivas, vel alius, in suo lib. Hispanico:* Su oro al Cesar, *Impress. Cæsar-Augustæ 1663. in fol. eisdem utuntur terminis, appellando defensorem piæ sententiæ,* hallucinatum, irrationalem, servum nequam, Antichristum, Pilatum, Herodem, Attilam; & quòd tot coronæ apponantur diabolo, quot vices dicitur Virginem fuisse conceptam sine peccato originali: *ex his habent sine numero; quorum libellos suo Edicto suppressit sanctum Tribunal supremæ Inquisitionis.*

IN GALLIA.

PAter Girandus Renerius Magister Parisiensis in sacra Theologia, Ordinis Prædicatorum, Doctor Parisiensis Gallus, in libro manuscripto contra Immaculatam Virginis Conceptionem, sub titulo: De Conceptione Virginis gloriosæ, contra corruptores dictorum, Sanctorum Ecclesiæ, & etiam sacræ Scripturæ, *qui incipit:* Quia de Epistola Bernardi ad Clerum Lugdunensem, &c. *dicit sic:* Devotio quæ est contra veritatem Fidei Catholicæ, non est pia, sed potiùs impia apud litteratos, & fatua apud ignaros; *& loquitur de Conceptione, & vocat piam sententiam defendentes,* alienos à Fide, nepharios, absurdos & detestabiles in auribus fidelium; *quòd* privilegium præsumptionis, est fictitium, & in totius Fidei Catholicæ detrimentum, & nullâ auctoritate probatum. Caligine magni erroris, hæreticos, *repetitis vicibus;* & à Catholicis reprobandos, absurdos: *quod repetit pluries.* Falsas adducentes auctoritates & erroneas, corrumpentes sacram Scripturam & dicta Sanctorum, post suum errorem calumniantes adhuc cum suis complicibus. Falsum imponentes sacræ Scripturæ. A Fide alienos. Fictè & mendaciter adinvenientes, nostras distinctiones esse falsas & erroneas. Corrumpentes Fidem Catholicam. Mendaciter fingentes: *quod pluries, imo passim repetit. Quòd* Scotus fuerit hujus erroris primus seminator, vel secundùm Augustinum, hujus hæreticæ pravitatis; *& hoc, quia dicebat Virginem fuisse præservatam ab originali.* Defensores erroris Scoti. Esse absurdum fingere dictum privilegium, & magnam ineptiam: *& quòd* fuerit absurdum, confitetur tota Fides Catholica. Perniciosum: cùm cedat in corruptionem dictorum, Sanctorum. Ostendo eam esse hæreticam: Hæreticus ille est, qui falsas ac novas opiniones gignit, *quod repetit iterùm.* Falsè Scripturas sanctas intelligunt; & licèt ab Ecclesia non recesserint, meritò tamen hæretici appellari possunt. Opinio ista, est prophana novitas, adversùs quam universa Ecclesia vigilare debet. Ex quadam devotione non pia, sed fatua devoti, imaginatione quâdam veritatis sunt illusi, *quod etiam infra repetit pluries.* Sacram Scripturam corrumpunt & fingunt, quia ipsi indeclinabilem Fidei confessionem non tenent. Ignorantes in Grammatica. Absurdos & fatuos *vocat millies, sicut* corruptores, &c. Ita modo consimili dico de isto privilegio, quod quia non probatur: ex quibusdam apocryphorum somniis, & potissimè per somnium cujusdam Normanni, qui post nimiam potationem de cervisia & bocheto, vel fortè vini de patria mea, vel S. Joannis, vel de Rupella, quæ communiter defertur per mare in Normanniam, somniavit quòd in somniis B. Virgo MARIA apparuit, sibi denuntians & revêlans quòd fuerat sine peccato concepta, & quòd de ejus Conceptione annuatim facerent Normanni festum celebre; propter cujus somniationem modo vocatur Festum Normannorum, &c. Faciles, malignos: quia sunt contra dicta Sanctorum & sacræ Scripturæ, quæ per talia somnia probantur. Multos errare faciunt. *Vocat illud*

lud præservationis, Fictum privilegium. *Contra R.P. Hermannum de Schildis Augustinianum, quia scripsit Tractatum de Immaculata Conceptione, insurgit, vocando ipsum,* absurdum, multas hæreticas pravitates adducentem, à Fide alienas: *alia opprobria omittimus brevitatis causâ.*

Notissima sunt quæ contigerunt in Gallia, tempore Ioannis de Montesono ac discipulorum ipsius, ab anno 1387. & per consequens, qualia scommata & opprobria dixerint contra defensores Immaculatæ Conceptionis: ita ut opus fuerit, ut sex illorum de quibus loquitur Robertus Gaguinus in principio sui libri de Conceptione, publicè illa retractarent, & veniam peterent abjurando in Ecclesiis altâ voce omnia scommata ab ipsis publicata contra piam sententiam, & illius Defensores. Absolvo unico verbo ex tribus testibus oculatis; primò ab Universitate Parisiensi affirmante Ioannem de Montesono in publicis conclusionibus dixisse: Non esse tam magnam hæresim, affirmare Virginem fuisse hypostaticè unitam divinitati, quàm erat asserere fuisse conceptam sine peccato originali. *Secundò, ex P. Thoma VVasinghamo Benedictino in sua Historia ad annum 1389. pag. 339. sic dicente:* Per idem tempus in Francia Fratres Prædicatores antiquam suam opinionem reassumentes de Conceptu Beatæ Virginis, & prædicantes illam fuisse in originali peccato conceptam, in tantam efferati sunt superbiam, ut Episcopis illis indicentibus hujus rei silentium, noluerint obedire: postremò nec Regi, & Proceribus id jubentibus parêre volebant; quapropter extra protectionem regiam facti sunt, & inhibiti circuire per patrias, more solito: ne fortè vulgus commune ducerent in ejusdem erroris dubium, & seducerent innocentes. Jussi sunt etiam intra propria habitacula cohiberi, & de labore manuum suarum intra sua vivere, egredi nusquam præsumere sub pœna capitali. Præceptum est eis, ne de cætero quemquam ad Ordinem suum admitterent vel reciperent, sub pœna præmissa; sed ipsimet ita facerent, ut post hos, qui modò vivunt, nullus esset qui eorum Ordinem continuaret. *Tertiò, ex Ioanne Vitali & Ioanne Alano referentibus, se propriis auribus audivisse cùm essent in Aula Episcopi disputantes de materia Conceptionis Beatæ Virginis MARIÆ, quemdam Montisonistam dicentem:* Quòd si multum faceret Universitas Parisiensis, Ordo Prædicatorum denudaret ipsam usque ad nates, &c. *Nolo ad ulteriora progredi in Gallia, quia abhorrent aures talia audire. Quæ hîc desunt, forsan aliàs daturi sumus.*

IN BELGIO.

P*Ost istos, anno 1664. die 28. Ianuarij, in qua Patres Dominicani Lovanienses, impressis appositis scedulis per totam civitatem decreverunt celebrare festivitatem Translationis seu Cinguli Doctoris Angelici, sub titulo novo & inaudito,* De Militia Angelica S. Thomæ Aquinatis; *per contrapositionem ad librum:* Militia Immaculatæ Conceptionis, contra Malitiam originalis peccati, *à paucis diebus antea excusum in eadem civitate; publicarunt etiam cum eadem solemnitate parvum libellum in 12. habentem paginas 225. sub hoc titulo:* Auctoritas D. Thomæ Aquinatis Quinti Ecclesiæ Doctoris, Nodo Indissolubili per R.A.P. F. Petrum de Alva & Astorga, &c. nuper revincta, nunc verò soluta non inanibus nec calumniosis verbis, sed stylo & veritatis efficaciâ, seu calamo & rei veritate, &c. *cum Facultate R.A.P. Provincialis* Jacobi vanden Heede, *& Approbatione Censoris Ecclesiastici,* Ignatii Gillemans; *sed quamvis dicatur fuisse impressus* Gandavi apud Maximilianum Graet, ad signum Angeli, anno 1664. *est falsum: quia fuit excusus Lovanii, mense Iunii antecedentis anni. Cùm verò non potuissent sibi comparare approbationem Lovanii, Leodii, Antuerpiæ, neque Coloniæ, (omnes enim istas stationes peragrarunt) ubi invenerunt Approbatorem, ibi se obtulit & Typographia. Sed quidquid sit de hoc, sicut etiam de Auctore; parùm enim refert an fuerit unus Philosophiæ Professor ex Dominicanis, canis quidem sed non Domini, vel omnes Doctores & Magistri Theologiæ: hic parvulus libellus in peccato originali suorum Parentum conceptus & natus est. Tria ergo proponuntur.*

tur in illo; primum, quòd procedat cum veritate; *secundum*, non calumniosis verbis. *De examine istorum modò non curamus: quia qui sunt in tenebris, lucem cœli non vident; & orto Sole, fugient ista & alia à facie ejus: & videbunt in tribus rebus à se propositis esse suam* veram & inanem calumniam, *&c. Solùm inquirimus nunc de tertio; scilicet, an loquantur* inanibus verbis, *sequendo in omnibus & per omnia vestigia Patrum suorum, & continuando Vocabularium antiquum Dominicanum, ut de more habent: ut deinceps non jam parvos, sed magnos possint componere libros. Extant ergo in illo non solùm* inania verba, *sed ista immania.* Falsificator S. Scripturæ. Ep. fol. 2. 4. & 5. Operis folio 1. & 60. Temerarius. Epist. fol. 1. bis. Op. 8. 33. bis. 51. bis. 60. 76. bis. 86. 104. 128. 171. 198. Indoctus Syllogista. Ep. f. 2. 6. Mendax. Ep fol. 4. 10. & 11. Ridicula proferens. Ep. 4. Nugator. Ep. 5. Cert. 17. Contradicens textui & Spiritui S. Ep. 4. Inanis Responsor. Ep. 7. Oblitus sui. Ep. 8. Non sincerus Religiosus. Ep. 8. Non humilis. Ep. 8. Frivolus Responsor. Ep. 11. Destructor verborum Alex. VII. Ep. 11. Destructor Auctoritatis S. Thomæ. Specim. fol. 1. Op. 39. Dicens, doctrinam Apost. Petri in aliqua sui parte esse erroneam in Fide. Spec. fol. 2. Dicens, D. Thomam errasse in Fide. Spec. fol. 2. & 3. Dicens, D. Thomam condemnatum quoad 222. Artic. Spec. fol. 3. Op. 53. 56. bis. 60. & 61. Dicens, D. Thomam erroneum in doctrina, & gravissimis scatêre erroribus. Spec. f. 3. Dicens, D. Thomæ doctrinam parùm vel nihil utilem pro fidelium juvamine, & in ordine ad eorum beatitudinem. Spec. fol. 4. Irreligiosissimus. Spec. f. 4. Tollens à S. Thoma epitheton Clem. VIII. Spec. f. 4. Explosor S. Thomæ, & doctrinæ ejus. Spec. fol. 5. Op. 30. Immisericors. Spec. f. 6. Surreptor omnium elogiorum D. Thomæ. Spec. fol. 6. Op. 4. bis. & 5. Nefarius. Operis folio 1. Blasphemus. Op. f. 2. 5. 40. 79. 176. Depressor S. Thomæ. Operis folio 2. bis. 3. 4. Christos Domini tangens. Op. 3. Adulator suijpsius. Op. 4. Absurdus. Op. 5. 33. 36. 126. Impugnator S. Thomæ. Op. 5. Detractor S. Thomæ. Op. 5. Præsumptuosus. Op. 7. Observator irreligiosus S. Thomæ. Op. 7. Impostor. Op. 8. 30. 37. 60. 134. 167. bis. Cert. 14. Inscitus. Op. 34. Irreligiosus. Op. 11. 32. 40. 79. 137. Scarabæus. Oper. 11. Imprudens. Oper. 30. Doctrinæ S. Thomæ irrisor. Op. 30. Abjector doctrinæ S. Thomæ. Oper. 30. bis. Contra S. Th. ponens manifestè os in cœlum. Op. 30. Invidens gloriæ S. Thomæ. Op. 30. Damnabilis. Op. 30. Amaritudine cor repletus. Op. 30. Falsarius. Op. 30. 36. 38. 60. tertiò. 61. octies. 70. 71. 102. Calumniator. Op. 31. 34. 40. 57. 69. 71. 72. 103. Insincerus. Op. 31. Dolosus. Op. 31. 32. bis. Irreligiosus irrisor. Op. 32. Irrisor. Op. 32. 71. 79. bis. Falsissimus. Op. 32. Ignorans. Op. 35. Conviciator. Op. 35. Exaggerator. Op. 35. Offendens pedem suum ad quemvis offensionis lapidem. Op. 35. Contradicens sibiipsi. Op. 36. Somniator falsorum. Op. 36. Indignus fide. Op. 36. Quæstiones referens plagis vapulandas. Op. 38. Adductor pravorum discursuum. Op. 39. Condemnator scriptorum Angelici Magistri. Op. 39. Sublator omnis Auctoritatis Magistri Angelici. Op. 39. Deterrens discipulos S. Thomæ, à sequela *Communis Magistri*. Op. 39. S. Antoninum, ironicè dicens, magnæ Fidei Scriptorem. Op. 39. Infamis calumnatior. Op. 39. & 40. Infamis. Op. 39. Conatus evellere sarculo contradictionis, quod P. Didacus Alvarez pro S. Thoma plantaverat. Op. 50. Mendacem faciens Stephanum Episcop. Parisiens. Oper. 51. Manifestè erroneus. Op. 57. Erroneus manifestus. Op. 57. Confictor falsitatis contra D. Th. Op. 56. Ponens maculam in gloria D. Thomæ. Op. 58. Imprudentia & denigrantia verba afferens. Op. 58. Erroneus. Op. 58. Certissimi quid. 11. 12. Indoctus usque ad stuporem. Ep. fol. 2. Nullam veritatem observans in Libris suis, nec in toto nec in parte. Oper. 59. bis. Falsus impostor. Op. 60. Fictionum & Falsitatum 10. fabricator. Oper. 60. & 61. Afferens, D. Thomæ

Opuſculum contra errores Græcorum, ſcatere erroribus. Op. 61. 104. 105. 108. tertiò. Aſſerens, Opinionem Prædicatorum laceratam & confuſam à Concilio Tridentino. Oper. 61. Affirmans, Ord. Prædicatorum, contemnere & aſpernari ſacratiſſimam MARIAM Virg. & ſanctam Romanam Eccleſiam. Op. 61. Falsò dicit, Coquetium primò affinxiſſe auri D. Thomæ Spiritum S. in columbæ ſpecie. Op. 60. Refert falsò, Hiſtoriam de approbatione Chriſti crucifixi, non inveniri niſi in auctorib. Ord. Præd. Op. 61. Falſificans litteram S. Antonini, ut falſificet ſenſum. Op. 61. Injuſtè contra veritatem dicens. Op. 61. Falſificator anni citati. Op. 61. Erroneè citans unum annum pro alio. Op. 61. Per totum poteſt erroneus oſtendi, & non verus. Op. 61. Fateatur ſe falſum dixiſſe. Op. 61. Imponens fictionem Prædicatoribus. Op. 62. Ingratus. Op. 64. Nec apicem ſubterfugiens in iis quæ qualitercumque poteſt contorquêre contra Prædicatores. Op. 64. Vir linguoſus. Op. 67. Refractarium Decretis Greg. XV. faciens Generalem Prædicatorum, Turcum. Op. 68. 69. Injuſtus denigrator nominis Generalis. Turci. Op. 69. Fortaſſis nunquam perventurus eò obſervantiæ erga Eccleſiam, qualem erga eam oſtendit Generalis Turcus. Op. 69. Conviciator S. Antonini. Op. 69. Si vel mediam partem quantitatis virtutis S. Antonini participaverit; & ipſe quoque magnus futurus eſt. Op. 69. Parùm in ſe habens Religionis. Op. 69. & 70. Vilipendens & convicians S. Antoninum. Op. 70. Aſſerens, doctrinam D. Thomæ non eſſe pro infidelium converſione, aut fidelium juvamine. Op. 70. Aſſerens falſum dicterium. Op. 71. bis. 73. Omne verbum quod fluxit è calamo ejus in Nodum Indiſſolubilem, continua irriſio, calumnia, dicterium, &c. ſunt. Op. 71. Extirpator elogii S. Thomæ. Op. 71. Denudator elogii S. Thomæ. Op. 72. Fictum dicens elogium Innocent. VI. pro D. Th. Op. 72. 74. Ut plurimùm paſſionatè & mendaciter loquens. Op. 73. Stupidam Demonſtrationem formans. Op. 75. Falſus. Op. 76. 127. 173. Cert. 3. & 4. tertiò. Gloriæ D. Thomæ non pius ſed invidioſus Æmulator. Op. 78. Invidioſus. Op. 78. Non pius. Op. 78. Summè irreligioſus, & irriſor. Op. 79. Gloſſator & fruſtrator elogiorum D. Thomæ. Op. 79. Incidit in Excommunicationem latæ ſententiæ: ſaltem ex ſuppoſito ſuorum verborum. Op. 80. Impudens & imprudens. Op. 81. Impudentiſſimus & imprudentiſſimus. Op. 81. Imprudens. Op. 81. Imprudentiſſimus. Op. 81. Erroris notam, verrucam & nævum ponens in doctrina S. Thomæ. Op. 81. Aſſerens, D. Thomæ doctrinam ſcatêre erroribus. Op. 81. 143. 175. Falſum aſſumens. Op. 83. 196. Calumniator D. Thomæ. Op. 84. Dijudicans Bandellum, tanquam falſarium & impoſtorem. Op. 85. 86. In judicando temerarius. Op. 86. Inſufficienter fundatus. Op. 86. Contemptibiliter loquens de B. Alb. Magno. Op. 86. Contemptibiliùs loquens de S. Thoma. Op. 86. bis. SS. irriſor & contemptor. Op. 86. Tantundem meritus ac irriſor ipſius Dei. Op. 86. Obganniens & invidens titulis Divi Thomæ. Op. 87. Mordaci dente rodens titulos D. Thomæ. Op. 87. Religionem & obſervantiam non ſervans in D. Thomam. Op. 87. Imponens Ord. Præd. quòd MARIAM contemnat & Eccleſiam. Op. 87. In dicto ſuo locutus verba falſitatis. Op. 87. Non ſubterfugiet judicium Dei, niſi revocet quòd dixerit, Ord. Præd. eſſe contemptorem MARIÆ & Eccl. Op. 94. Periculum eſt ne appenſus in ſtatera, inveniatur minùs habens coram judicio Dei. Op. 94. Scommatis allator. Op. 95. Vel ironicè loquens, vel falsò, vel jactanter. Op. 95. bis. Deturbator Quinti Eccleſiæ Doctoris, à pacifica poſſeſſione ſui honoris. Op. 97. & 98. Inſigniter temerarius. Op. 98. Subdolus fictor. Op. 99. Inverecundus. Op. 101. 105. 108. 130. Detrahens certitudini approbationis Chriſti. Op. 103. Perſtringens D. Thomam, ut reprehenſibilem. Op. 105. Ubique errans. Op. 108. Corrigendus vel in nequitia vel in ſtupiditate ſua. Op. 108. Im-

ponens D. Thomæ gravissimos errores. Op. 108. Impostor. Op. 108. Gravissimum errorem committens. Op. 108. Insensatus. Op. 108. Simulatè zelosus. Op. 109. Zelo simulato subtrahens Divo Thomæ Catenam Auream, & Opusculum contra errores Græcorum. Op. 109. Imprudenter judicans. Op. 109. Erronea dicens Opuscula S. Thomæ. Op. 109. Non fidelis. Op. 110. Irreligiosè sincerus. Op. 110. Non religiosè sincerus. Op. 110. Callidus confusor Præd. Op. 110. & 111. Manifestè errans. Op. 112. Contradicens S. Vincentio Ferrerio. Op. 112. Indoctè hallucinatus. Op. 113. Hallucinator indoctus. Op. 113. Currens ab hoc & ab hac. Op. 113. Deficienter locutus. Op. 113. Credere nec volens nec potens, doctrinam D. Thomæ approbatam esse à Christo. Op. 114. sub condit. Pudere debet talem Lectorem Jubilatum hoc vel illo argumento moveri. Op. 115. Argumentator puerilis & ridiculus. Op. 115. Suspectam conatus facere expositionem D. Th. in Ep. Pauli. Op. 116. Horribiliter perstringens Doctores Salmanticenses. Op. 116. 121. Perstringens PP. Dominicanos. Op. 116. Compositor Nodi Indissolubilis, scatentis falsitatibus, contumeliis, irrisionibus, mendaciis, &c. Op. 120. Apparens parturire montes integros, & gignens mures ridiculos. Op. 123. Dominus est: cùm ei resp. Utique Domine. Op. 124. Convictus, temerariè & falsò fuisse locutus. Op. 125. Impugnator doctrinæ S. Thomæ. Op. 126. Malevolus. Op. 127. Absurdissimus. Op. 127. Injuriosus Divo Thomæ. Op. 128. Objector frivolus. Op. 130. Manifestum agens impostorem. Op. 131. Falsitatis convincendus. Op. 131. Manifestus impostor. Op. 131. 132. 138. bis. Ex uno minùs exorbitanti & pernicioso errore, *ut ait*, omni Fide apud Prædicatores privatus. Op. 133. Lapsus in dictis suis. Op. 133. 134. PP. Prædicatores injustè blasphemos faciens. Op. 134. Approbationem doctrinæ D. Thomæ, ei factam à B. Virgine, prorsus fictam dicens & somniatam. Op. 136. 138. Judicium ei durum restat in novissimo die, inter eum & Bandellum. Op. 136. Infamiter continuò diffamans Religiosissimum virum, Band. Op. 136. Scrupulum de approbatione doctrinæ Divi Th. deducens in publicum, in minorationem Sancti Thomæ. Op. 137. Non æquo satis, sed invidioso in S. Thomam animo esse, convictus. Op. 137. Quærens depressionem doctrinæ Angelicæ. Op. 137. Depressor S. Thomæ. Op. 137. Diminutor auctoritatis doctrinæ S. Thomæ. Op. 137. Præeminentiæ S. Thomæ gemmam, ex gemmis ornato ejus habitu suffurari conatus. Op. 137. Inaudita hactenùs, promulgans in Nodo suo. Op. 138. Malus argumentator, & in circuitu ambulans. Op. 139. Intendens, S. Thomam dictum olim fuisse *Doctorem Communem*, quasi de *Communi plebe*. Op. 140. Itane verò sic Respondes Pontifici S. Antonino, P. Rever. Op. 140. Contumeliosa, & sanctis injuriosa dicens: propter quod non subterfugiet judicium Dei. Op. 141. Generalem Prædic. Turcum per scomma vocans *Magnum Turcum*. Op. 141. Astruens, quòd dicentes Conceptum ventris, seu Conceptionem D. Virginis fuisse maculatam, peccent mortaliter. Op. 142. Excommunicatus Excommunicatione latæ sententiæ. Op. 142. Omnibus pœnis contentis in Bulla Alex. VII. subjectus, tanquam dicens peccare mortaliter piæ sententiæ contrarium tenentes. Op. 142. Actus invidiæ spiritu singulari. Op. 144. Quamcumque Concilii Trid. approbationem dicens à Prædic. fabricatam. Op. 144. Honorum titulos D. Thomæ datos, non patiens eum possidêre. Op. 144. Sibi somnia fingens. Op. 145. Faciens S. Thomam solùm Compilatorem veritatum contentarum in lib. Sent. Pet. Lombardi. Op. 145. Excæcans eum invidia ferre non potest, quòd alicujus gloriæ titulus, esset proprius S. Thomæ. Op. 146. Ubique Doctoris Angelici, ejusque gloriæ inverecundus & audax Æmulator. Op. 146. Absque verecundia mirabiliter sugillans acclamationem laudatoriam D. Thomæ. Op. 146. Glo-

riam S. Thomæ ferre non valens Op. 149. Invidiæ passione præventus. Op. 149. Sine fundamentis excogitata dicens. Op. 151. Est in eo singularis proterviæ effectus. Op. 151. bis. S. Thomæ, & veritati doctrinæ ejus imprudenter ubique detrahere audens, Sanctoque Doctori resistere. Op. 151. Labefactator gloriæ S. Thomæ. Op. 151. Nitens ponere labem maculamque in cœlesti & splendidissimo Sole, S. Thoma. Op. 151. Conatus obtenebrare dicteriorum suorum tenebris solem doctrinæ S. Thomæ. Op. 151. Non satis religiosa conatus. Op. 151. Judex temerarius Doctorum Salmanticensium. Op. 151. 152. quintò. Sine conscientia. Op. 152. Ex genere suo mortale peccatum commisit temerè judicando. Op. 152. Culicem vorans temerarii judicii contra DD. Salmant. Op. 152. Deglutiens camelum irreligiosæ contradictionis sæpè sæpiùs contra D. Thomam. Op. 152. Non multùm scrupulosus in temerè judicando. Op. 152. Detrahens sermonibus veritatis. Op. 152. Locutus falsum. Op. 152. Contra veritatem locutus. Op. 152. Injustissimè locutus. Op. 153. 154. Sine specie veritatis locutus. Op. 153. 154. Turrecrematam viris schismaticis aggregans. Op. 154. Ipsissimus ubique in contradictione. Op. 155. Indigens Magistro, quoad Grammaticam. Op. 155. Stupidè, pueriliter & extortè verba construens. Op. 154. Indisciplinatum habens intellectum. Op. 156. Sensum verborum sibi somnians. Op. 156. Malevolè & ex invidia contra S. Thomam, fingens sibi sensum verborum Pii V. Op. 156. Liber ejus scatet gravissimis erroribus seu vitiis contra Syntaxin Belgicam. Op. 157. Thomisticæ gloriæ Æmulator. Op. 157. Non rectis proculdubio oculis lecturus Bullam Pii V. de laudibus D. Thomæ. Op. 157. S. Thomæ injuriam faciens in verbis suis. Op. 161. Agens temerariè. Op. 162. Irreligiosus calumniator. Op. 165. Per calumniam imponens viro intemeratæ fidei (Turco) eum calumniari. Op. 165. Caligantibus oculis legens (Austri, loco, Illustri) 165. Turco Generali PP. Præd. non integrior. Op. 165. Apertis oculis nihil videns, in erroris foveam turpiter corruit. Op. 166. Gravissimè errans. Op. 166. Præoccupati judicii Vir. Op. 166. Conatus mendacem ostendere Gener. Præd. Turcum. Op. 167. Infamis calumniator. Op. 167. Effrons calumniator. Op. 167. Inverecundus calumniator. Op. 167. Irreligiosa ejus immodestia constat. Op. 167. Ordinem Prædicatorum suis irrisionibus, sarcasmis & detractionibus conatus exponere ludibrio. Op. 167. S. Thomam conatus suis irrisionibus, sarcasmis & detractionibus despectui exponere, in quocumque contra eum imaginabili. Op. 167. Sine veritate & fundamento procedens. Op. 167. Vel Pium V. vel seipsum mendacii arguit. Op. 168. Stupidus interrogator. Op. 168. Stupidissimus resolutor. Op. 168. Irrisor S. Thomæ. Op. 168. Ipso religiosior & veracior P. Jacobus Florentinus Ord. Min. Op. 169. Dolosus fictor. Op. 169. Fictor propositionum. Op. 170. Figmenta formans. Op. 170. Fatuus. Op. 170. Stultus. Op. 170. D. Thomam in toto suo Libro nihil facit, & ad nihilum conatur redigere. Op. 170. Inverecundâ fronte temerarius. Op. 171. Nullum adferens fundamentum suæ contradictionis. Op. 171. 172. Audax detractor. Op. 173. Irreligiosus detractor. Op. 173. Turpis detractor. Op. 173. Retractator verbi sui. Op. 173. A veritate alienus. Op. 173. Invidiosus responsor. Op. 174. Infami dignus inuri cauterio. Op. 176. Effronter dicens. Op. 176. A vero devians. Op. 176. Temerarius qualificator propositionis. Op. 177. Irreligiosè, ironicè & irrisoriè loquens. Op. 178. Faxit Deus, ut eum non absorbeat profundum, neque puteus æternæ maledictionis urgeat super eum os suum: qui paratus est Sanctorum contemptoribus & irrisoribus eorum. Op. 178. Annullator gloriosi epitheti S. Thomæ. Op. 178. Diminutor S. Thomæ. Op. 179. Destructor Doctoris Ecclesiæ. Op. 179. Adducens dicta impietatis. Op. 179. Dicens, subtilitates D. Th.

non

non conducere ad noſtram beatitudinem. Op. 179. bis. Irreligioſus calumniator. Op. 179. Calumniator indignus reſponſione. Op. 179. Invidioſus impoſtor. Op. 180. Malevolus voluntate. Op. 180. Ineptus Inquiſitor. Op. 181. Sublator omnis auctoritatis Divi Thomæ. Op. 182. Clypeum Eccleſiæ (Thomam) nitens contundere. Op. 182. Fabricator enſium pro hæreticis. Op. 182. S. Thomam hæreticorum exponens ludibrio. Op. 182. Apud hæreticos V. Eccl. Doctorem minorans. Op. 182. Violenter utens detractorio & irriſorio verbo, quod penetrabilius eſt omni gladio ancipiti; quod profectò ferè pertingeret uſque ad utriuſque, noſtri & ipſorum Ordinis diviſionem. Op. 183. Ad finem bonum aſſumens media improportionata, & adeò nociva charitati; ut eorum executio ſit fraternæ unionis irruptio. Op. 186. Non eſt intelligibile quomodo Franciſcani, abortivum illum conceptum (Nodum) priuſquam videret ortum ſurgentis auroræ, dignum occludi tenebris ſempiternis, non ſuppreſſerint. Op. 187. Signum evidens indignitatis libri, quòd nullus Ord. Minor. hujus Patriæ Nodo ſubſcripſerit. Op. 187. Uſque ad erubeſcentiam indecorus in ſuis allegationibus. Op. 190. Ord. Præd. deſcribens in factis. Op. 186. Dehonorans Prædicatores in Sanctis. Op. 186. Contemptorem MARIÆ & Eccleſiæ dicens Ord. Præd. Op. 186. Contemptor Sanctorum. Op. 186. S. Antoninum ſæpiùs irridens. Op. 186. Intendens deturbare S. Thomam à poſſeſſione Angelici, divinæ voluntatis Interpretis, Quinti Eccleſiæ Doctoris. Op. 186. Labefactare intendens gloriam D. Thomæ, tollere encomia, honorum titulos & laudes. Op. 186. Ita infamiter doctrinam S. Thomæ traducens, ut eam dicat ſcatêre erroribus, condemnatam in hæreſibus, parùm utilem pro infidelium converſione, aut fidelium juvamine. Op. 186. Affirmans D. Thomæ doctrinam ſolùm continere quæſtiones Metaphyſicas. Oper. 186. Aſſerens in Divi Thomæ libris omnes eſſe ſubtilitates parùm vel nihil conducentes ad noſtram beatitudinem. Op. 186. Vellet fortè Thomam non fuiſſe, ut ejus Doctrina & Auctoritas Pontificem contra voluntatem ejus non detinerent. Op. 145. Vilipendens doctrinam D. Thomæ, ut in multis erroneam. Op. 190. Deſpiciens doctrinam D. Thomæ ut condemnatam & hæreticam, ſecundùm ſe totam, vel aliquam ſui partem. Op. 190. Proponens doctrinam D. Thomæ, ut inutilem ad noſtram beatitudinem. Op. 190. Intentans conquaſſare graviter & injurioſè Angelicum Doctorem. Op. 190. Nomen retinens temerarij impoſtoris. Op. 190. Dijudicans S. Thomam, non ex amore veritatis, ſed ex ejus invidia & æmulatione doctrinæ. Op 190. Adducens apparentia quædam & veriſimilia contra S. Thomam colorata mendacia, ad ſimplices dementandum, & ſapientes deducendum à doctrina Angelici Magiſtri. Op. 191. Indigniſſimam certè, & æternâ maledictione dignam rem excogitavit, ſi S. Thomam deſpexerit ad ſeducendos homines. Op. 191. Ubique inventus minùs habens de veritate, plurimùm verò de falſitate & mendacio. Op. 191. Devians à ſemitis ſinceritatis. Op. 191. Vel malitioſus, vel ignorans. ib. Meritus canere palinodiam. ib. Infeliciſſimus in proponendo ſeu attingendo veritatem. Op. 191. Interferens Nodo ſuo verba nimis irreligioſa, tendentia ad Præd. non ſolùm ignominiam: ſed etiam vergentia in dedicus ipſius Eccleſiæ. Op. 193. Inverecundus Somniator. Op. 194. Vocans, PP. Prædicatores, beſtiales. Op. 196. Quatuordecim Approbationes doctrinæ D. Thomæ conatus temerario auſu oſtendere, à Prædicatoribus fuiſſe fictas & ſomniatas. Op. 196. & 197. Doctrinam D. Thomæ proponens ut erroneam, & concutere nitens tanquam falſam. Op. 198. D. Thomæ laudes dicens à Præd. fictas & ſomniatas. Op. 198. Denudator glorioſorum titulorum & encomiorum D. Thomæ. Op. 200. Depreſſor S. Thomæ. Op. 200. Similis hæreticis, qui relictis & ſuppreſſis aliis, tantùm arripiunt illa quæ ſecundùm litteram ſuæ videntur con-

formia

formia doctrinæ. Op. 200. Irreligiosus liber ejus. 201. Faxit Deus, illum ei propitium, contra quem calamum suum levavit. Op. 200. Inhonorans indirectè Ecclesiam. 202. Nimis turpiter traducens D.Th. 202. Humilians & diminuens S.Th. 202. Puncta minora ejus libri, de veritate suspecta. 202. In principalibus punctis Nodi sui Indissolubilis, manifestè devians à veritate. 203. Non dubium, quin in reliquis suis dictis & scriptis similis sibi, id est, ubique falsus inveniretur; si liceret conferre aliarum Bibliothecarum originalia cum ejus citationibus. 203. Certò devians à semitis sinceritatis & religiosæ veritatis. Certissimi quid. 3. Graviter lædens S.Thomam. Cert. 3. Improportionatus Scriptor. 3. Cert. Improportionatè seipsum exenterans pro pia Sent. Cert. 3. Plurima Opera falsò & temerariè D. Thomæ subtrahens. Cert. 3. 4. Indoctè & contra veritatem inferens. 3. 18. Cert. Suspectus de reassumptione condemnatæ propositionis ab Indicis Congregatione, circa doctrinam D.Thomæ. 7. 20. Cert. Solido fundamento non nitens. 8. Cert. Dolosus. 12. Cert. Nullam ampliùs fidem meretur respectu Bibliothecarum & librorum à se visorum in Hispania, Italia, Germania, Anglia, Gallia, &c. 12. bis. 14. Cert. Certissimum est, eum totaliter imposuisse, & falsò allegasse Bibliothecam & Librum. 12. bis. Cert. Contra omnem veritatem & præter omnem consuetudinem, intitulat quævis manuscripta nomine, Manuscripta Originalia. 12. Cert. Quinque Opuscula falsò conatur D. Thomæ subtrahere. 13. Cert. Debili & infirmo, imo nullo nitens fundamento. 3. Cert. Falsò allegans Bibliothecam & Librum. 14. Cert. Certissimum est, quòd nullam ampliùs Fidem mereatur Lovanii. 14. Cert. In uno puncto deprehensus deliquisse, timendum est ne in aliis quoque omnibus à se allegatis sit falsitatis reus. 15. Cert. Certissimum est, eum deviare à veritate. 25. Cert. Injustè objiciens Dominicanis, quòd violarint textum, seu originalem litteram S.Th. 16. Cert. Responsione indigna afferens. 17. Cert. Non nisi crambes recoctas proferens; non nisi merces à pluribus annis fœtentes, novis verborum fucis dealbans. Cert. 20. *sub Conditione.* Contemptor Ord.Præd.Op. 186. Prædicatorum integrum Ordinem in capite & principalioribus membris, temerariè prædicans falsarium Bul.Pont. Op. 186. Dominicanos irridens in verbis. Op. 186. Nefarius. Op. fol. 1. Blasphemus Op. f. 2. Depressor S.Thomæ. Op. f. 2. bis. Effrons impostor. Op. 23. bis. Injuriosus in D.T. Op. 14. Arguens S. Thom. mendacii & imposturæ. Op. 14. Falsarius. Op. 20. 29. Splendidissimus mendax. Op. 23. Fur. Op. 24. Irrisor Doct. S. & doctrinæ eius. Op. 29. Irrisor. Op. 25. Scandalosa dicens. Op. 26. Exponens S. Pet. Hæreticorum calumniis & ludibriis. Operis 26. Apost. Petro reprehensibilior à S.Paulo. Op. 26. Erroneus. Op. 36. Blasphemus. Op. 36. 98. 102. Somniata referens. Op. 40. Ex phantasia & imaginatione propria loquens. Op. 40. Falsarius. Op. 54. Injurius in S. Thomam & Ecclesiam. Op. 57. Temerarius & perversus in judicando. Op. 85. bis. Contemnens Ecclesiam. Op. 88. 89. Contraveniens Decretis Ecclesiæ. Op. 88. 89. Excommunicationis Ecclesiæ non reveritus Sententiam. Op. 88. & 89. Dicens, Præd. peccare mortaliter. Op. 89. Indicans S.Vinc. Ferr. fabulosum & impostorem. Op. 98. Indicans S. Vinc. Ferr. levem & temerar. Op. 98. Cæcutiens vel cæcus in examinando. Op. 109. Discredens impiè. Op. 114. Calumniator. Op. 104. 105. 107. Insinuat *iste P. Dominicanus* Franciscanos defecisse à Pontifice Ioanne XXII. & adhæsisse Ludovico Bavaro schismatico. Op. 93. *Insinuat*, Franciscanos insectatos fuisse Pont. Joannem XXII. & eum in pluribus calumniatos esse, ratione schismatis Ludovici Bavari. Op. 93. Plus æstimat Thomam, quàm Scotum, tam in Sanctitate quàm doctrina, *addens:* qui potest capere, capiat. Op. 119. Juramentum Salmanticæ Universitatis de sequenda doctrina D. Thomæ, ob importunas apud Supremum Concil. Regium per FF. Minores habitas preces vel supplicationes, fuisse annullatum. Op. 195.

Pro nunc Finis.